



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica infra Octavam Corporis Christi, seu Dominica secunda post
Pentecosten

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

dinariam. Hospes adest! nugæ valet.
præcedit Jesus! non novi vos.

Dominica infra Octavam Cor-
poris Christi,

seu

Dominica II. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

Charissime! noli mirari, si vos odit
mundus; quia diligitis, & quæri-
tis Deum. Id quod nec dæmon, nec
patitur sæculum. Nil interest! oderit
vos mundus! quid tum? vos interim eò
ferventiùs properate ad Dominum. Quò
infensior inferis, eò gratior superis.

Instructio meritoria.

Properate, inquam, & hodie per diem
sapius oculos vestros ad cælum levate
cum suspirio intensissimo: *ô quàm sordet
mihi terra, dum cælum aspicio!* pro ob-
tinendo contemptu perfecto sæculi, &
omnium terrenorum per quadrantem
visitemus Sanctissimum Venerabile re-
citantes 12. *Pater & Ave* cum renova-
tione trium solemniùm Votorum. O
quàm dulce est vel horum meminisse!

II.

II.

O Excæcatos homines! paratur mensa regia, invitantur omnes, & singuli. Vix aliquis apparet. Et hoc non doleat amanti Jesu? ad solatia, & recreationes corporis quomodo non festinamus? ad Jesu corpus, & sanguinem (ah! fercula preciosissima!) vix pedem levamus, nauseantes quasi cum Israëlitis super cibo isto levissimo! quæ hæc ingraviduo! irreverentia quanta! erubescamus, dum vel solùm recordamur.

Instructio meritoria.

Satisfacturi, nulli intererimus post-hac refectioni sine spirituali communione, quæ instituat hunc Sancto suspirio: *Jesu! ubi es? habet jam corpus sua: da & animæ tuæ: auge nimirum fidem, firmassem, accende charitatem, ut nil mihi sapiat, nisi tu Deus meus, & omnia.* Post mensam addatur Officium de Sanctissimo Altaris Sacramento. Cum Jesu profunt omnia.

III.

O Frivolas mortalium excusationes! ut uxori, bobus & asinis serviant, tem-

tem-

tempus suppetit amplissimum! hodie ad coenam invitati magnam, ut reficerentur splendide, & pretiosè de mensa Domini, tempus defuit comparendi omne, quia clamabant: *habe me excusatum.* Sic ludunt filii hominum cum Deo & coelo. Verùm hic lusus periculosus est. Deus enim non irridetur! fili! si ludimus, ludimur ipsi.

Instructio meritoria.

Non sic nos, ò fili! ad coenam magnam, ad gaudia æterna nos accingamus, curiositatem in publico cavendò, & *Rosarium Gloriosum* ordinario adjungendò cum voto: *dissolvi cupio, & esse cum Christo.*

Dominica III. post Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

SCit filius, quantum sit gaudium in coelo, & in corde Jesu super uno peccatore poenitentiam agente. Augeamus hoc gaudium Christo, quia meruit de nobis. Augeamus declinantes à malo, & facientes bonum. Augeamus succur-